



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 84. Occasio ad Papiense prælium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Sæc XVI. creverunt, totis copiis cum hoste Gallo
A.C. 1525. contendendum, & quidem Natali Cæ-
 faris die, quæ erat vigesima quarta e-
 jusdem Mensis S. Matthiæ sacra; cun-
 cta enim sibi prospera augurabantur il-
 la die, quæ communis lætitiae argu-
 mentum erat. Ergo die vigesima ter-
 tia delectu habito facile viginti peditum,
 & tria millia equitum præter octin-
 gentos cataphractos recensebant, quæ
 omnes copiæ recentes, ac omnino in-
 tegræ erant, cum econtra Gallorum
 exercitus viribus ac laboribus exhaus-
 tus esset. Milites super arma sua in-
 duebant alba indusia, ut eo facilius ho-
 stem ab amico discernere possent. Di-
 videbatur exercitus in septem agmina,
 quorum tria equitum & quatuor pedi-
 tum millia erant, nequidem computatis
 Vasconibus.

§. LXXXIV.

Occasio ad Papiense prælium.

Guicci. lib. 15 Castra metabantur Cæsarei extra Pa-
Mem. du piense vivarium haud procul a Car-
Bellai l. 2. thusianorum cœnobio, ibique in muro
Pet. de Angl. noctu suffosso quinquaginta aut ferme
ep. 815. sexaginta Orgyis latum aperiebant hia-
Ant. de Vera tum, per quem cum exercitu suo in fini-
l. cit pag. 106 strum regii agminis cornu irruerunt, ut
 Mirabeli saltum occuparent; inde enim
 ad

ad Papientem urbem facilem sibi viam ~~Sæcul. XVI.~~
parabant, ut præsidia recentibus copiis ~~A.C. 1525.~~
identidem augere, urbemque annona ac
bellico apparatu commode instruere
possent; Referunt Scriptorum nonnulli,
quod Cæsarei tum in animo non habue-
rint, aut prælii discriminem experiri, aut
hostium castra vi perrumpere. Interea
vero Jacobus Galliotus de Genoullac
ab Acier apud Gallos supremus rei tor-
mentariæ Præfектus adeo scite in saltu
tormenta locabat, ut quo propius hostium
agmina accederent, eo magis continua
strage prosternerentur, adeo, ut Cæsa-
rei relicta statione, turbatisque ordinibus,
ad quamdam vallem fese recipie-
rent, ibidemque a globorum tempestate
tutum asylum quærerent. Rex inde nimia
facilitate Cæsareos in fugam actos sibi
perlucidebat, unde nequidem explorato
eorum situ de statione sua excessit, am-
bitione stimulatus, qua sibi soli victoriæ
gloriam deberi cupiebat. Ergo hostem
aggreditur, & quamvis ea muneris pars
Chabannio Marescallo utpote primi ag-
minis Duci deberetur, nihilominus Rex
selectiores Cataphractorum copias, ac
e dextro cornu Helvetios ducebat, ma-
gnoque impetu in hostilem equitatum
irruens, primam legionem evertit, i-
psumque propria, (ut fama ferebat) ma-
nu Marchionem S. Angeli ultimum de-

L 1 2 Scan-

Sacell. XVI Scanderbegi familia surculum, qui his
A.C. 1525. equitibus praeerat, trucidavit.

§. LXXXV.

*Ignavia Helvetiorum a Gallorum ex-
 ercitu excedentium.*

Guicci. I. 15 Haud minori animi fortitudine Lescus-
 nus, Brionius; & Fridericus de
 Gonzaga usque ad Cæsareorum tormen-
 ta penetrabant, eorumque excubias
 dispergebant; Helvetii quoque, qui ad
 Regis dexteram dimicabant, in trans-
 verfa Hispanorum latera invadebant,
 eosque pedem referre cogeabant. Inter-
 rim Lanoyus suos ad fugam inclinare
 comperiens, nulla mora Marchionem
 Piscarium cum quibusdam Germano-
 rum peditum copiis adesse jussit, eas-
 que Helvetiis opposuit; ubi ad solum
 Germani agminis conspectum Helvetii
 pristinæ fortitudinis immemores, titu-
 bare, & per summam ignaviam prælia
 campum deferere cœperunt, ac Medio-
 lanum profugerunt, ne quicquam adhi-
 bitis Regis precibus, qui fugam sistere
 toto studio conabatur. Incaffum etiam
 illis animum reddere moliebatur Fleur-
 rangius, qui cum sua Cataphractorum
 centuria eis occurrens policebatur,
 se suis injuncturum, ut ex equis desili-
 gent, ac juncta cum illis opera primam
 aggress-